

/ Admodum ill/ris et R/me Domine. Duas habeo epistolas R/mae D.V., alteram datam mense Julio de Benedictinis monachis Anglicanis, alteram mense septembris de reformatione monasterii S/ti Huberti in sylva Arduenna. Nihil hactenus respondi, quoniam de priore negocio  
5 nemo me certiores reddidit, neque operam meam requisivit; nec mirum, quoniam et Benedictini suum habent Romae Protectorem, Cardinalem videlicet a Montealto, et Angli suum, Cardinalem Farnesium. Proinde res istae nihil ad me pertinent.

De altero negotio tulerunt ad me viri quidam literas R/di D.Abbatis  
10 S/ti Huberti, et ego illis operam meam obtuli. Postea non eos amplius vidi, neque nos debemus aut possumus nos ingerere, quando non vocamur. Et quoniam ego non scio per quam viam possim dirigere literas ad monasterium S/ti Huberti, responsum meum ad illum abbatem mitto ad R/mam D.V. ut per eam recipiat Abbas responsionem ad  
15 literas suas, et promptam cognoscat voluntatem ~~sam~~ meam ad ipsius obsequium, si non defuerit qui requirat ~~operam~~ meam, et quid sit agendum admoneat. His valeat R/ma Amplitudo vestra mei memor in sanctis precibus suis. Romae, die 18 Novembris 1614.

Admodum ill/ris et R/mae D.V.

20

Uti frater ad omnia obsequia paratissimus  
R. Card. Bellarminus.

La sopra scritta

Admodum ill/ri et R/mo Dño, Dño Episcopo et comiti Tullensi.

Tullum.

*Porcellet & Maillane*

25 Arch.Vatic. Mss.Gesuit. 18 fol.42. Brouillon autogr.